N° 10

LECTIO SACRA

# HABITA

CORAM REVEREN-
DIS PATRIBVS SOCIE-
tatis Ieſu, ad comitia Bæticæ Prouinciæ
celebranda, in Collegio Grana-
tenſi congregatis.

PER D. PETRVM FRANCISCVM
Leuánto & Viualdo, in eodem Ieſuadum ſapien-
tiæ licæo, ſacræ Theologiæ
alumnum.

EIDEM VENERANDO COETVI, HV-
milimi obſequij ergo, conſecrata.

GRANATÆ

*Cum ſuperiorum permiſſu, ex Typographia Blaſij Martinez,
Typographi & Bibliopolæ. Anno Domini
M. DC. XXXVI.*

# APROVACION DEL MVY REVEREN-do Padre Franciſco de Aleman, de la Compañia de Ieſus, Prouincial dos vezes en el Andaluzia, y Retor aora del Colegio del Nouiciado.

AViendo oydo, y deſpues, por orden del ſeñor Prouiſor, y Vicario General deſte Arçobiſpado, leydo eſta leccion de ſagrada Eſcritura, que don Pedro Frãciſco Leuãnto y Viualdo hizo en tiempo de la Cõgregacion Prouincial de la Compañia de Ieſus. Iuzgo, que no ſolamente eſtà libre de qualquier defeto, ſino tambien llena de tanta erudicion humana y diuina, y con eſtilo tan elegante, y diſcurſo conſtante, y elegantemẽte ſeguido, que a qualquiera famoſo Maeſtro, y en la lecciõ de la ſagrada Eſcritura y ſantos Dotores, enuejecido, cauſara gran credito y alabança; y aſsi ſe deue mucho mayor a eſtas primicias floridas de la ſabiduria del Autor, que en tan tiernos años nos ha dado ſeguras eſperanças de mayores frutos. Aſsi lo ſiento, ſin que me aya lleuado tras ſi el fauor, que cõ eſta leccion ha hecho a mi Religion. En Granada a onze de Mayo de 1636.

*Franciſco de Aleman.*

# APROVACION DEL MVY REVEREN-do Padre Pedro de Vrteaga, inſigne Predicador de la Compañia de Ieſus, y ſu Prepoſito en la Caſa Profeſſa de Seuilla.

POR comiſsion del ſeñor Maeſſe eſcuela Prouiſor deſte Arçobiſpado he viſto eſta lecion de don Pedro Franciſco Leuànto, y qualquiera perſona que la leyere tomarâ juſtamente ſatisfacciō de ſu excelente diſcurſo, y de la mucha y eſcogida erudicion: pero los que oymos a ſu Autor recitarla en la catedra, nos admiramos, y a penas acertamos a creer, que vn mancebo de diez y ocho años, pudiera llegar a diſponer vn acto tan luzido, el modo de dezir fue excelēte, el tono y fuerça de la voz muy eficaz, la reportacion y cordura en las acciones, el ſeñorio y ſuperioridad a tan graue auditorio, digna deſtreza de vn anciano y curſado orador, y para hazer mas digna eſtimacion de la perſona y lecciō, hize diligente aueriguacion, ſi era trabajo ſuyo de ſu proprio ingenio, o ſocorro de algun Maeſtro, ò de otros amigos, y ſaquè por coſa cierta, que toda eſta auentajada lecciō era fruto proprio de ſu atencion y eſtudio, y principalmente premio de Dios, por ſu virtud y recogimiento; con lo qual eſtas Eſcuelas tendran nueuo credito con tā luzido hijo dellas, y todos muy gran contento de que ſe logre tan luzido trabajo con darlo a la eſtampa; pues ni la fee, ni las buenas coſtumbres, ni las doctas letras hazen repugnancia. En Granada en nueſtro Colegio de ſan Pablo de la Compañia de Ieſus. Mayo 12. de 1636.

*Pedro de Vrteaga.*

# LICENCIA.

NOS el Doctor don Lucas Vela de Sayoane, Maeſſe eſcuela deſta ſanta Igleſia, Prouiſor y Vicario General de eſte Arçobiſpado por el Illuſtriſsimo y Reuerendiſsimo ſeñor don Fernando de Valdes y Llano, Arçobiſpo de Granada, Preſidente de Caſtilla, &c. Por el preſente damos licencia a qualquier impreſſor deſta ciudad, para que imprima eſta lecciō de ſagrada Eſcritura, que don Pedro Franciſco Leuanto y Viualdo hizo en tiempo de la Congregacion Prouincial de la Compañia de Ieſus en ſu Colegio deſta ciudad de Granada. En ella a 15. dias del mes de Mayo de 1636. años.

*El Doctor Vela de Sayoane.*

Por ſu mandado.

*Iuan Rodriguez Notario.*

RE-

REVERENDI PATRIS FELICIANI DE FIGVEroa, quondam ſacræ Scripturæ, in Hiſpalenſi Collegio, Profeſſoris. nunc verò Collegij Vbetenſis Rectoris. Ad Authorem, cum alluſione ad argumentum operis, Epigramma.

ARcano Aligeri Chriſti ad cunabula motu
Duxerat eoos prævia ſtella viros.
Granatæ Sata Gens Ieſu Socia agmina iungit,
Atque quater denos ſigna leuata Duces.
Aliger Aligero, ſtellæ ſtella, Auſpice Ieſu,
Succedis, ſed non cædere iure potes.
Interitura oculis lucem dedit illa fugacem;
Tu Sophiæ æterna corda, LEVANTE, beas.
Felix Vrna, Patres, capiet ſuffragia poſthac,
Auſpicijs par eſt omnibus iſta dies.
Claudere ſi ſtellas eſt Numinis; ipſe recludis,
Et fixas noſtro corde micare facis.

D. PETRO FRANCISCO LEVANTO ET VIVALdo, genere, ſed & notitia ſacræ literaturæ verè claro adoleſcēti. Amicus.

CARMEN HENDECASYLLABON.

GErmaniſsime alumne. Petre, ſacræ,
Abſconſeque vel inclytis ſophiæ.
Te, pulchra quòd ephœbia potiris
Laſſato ſtudijs ſeni negatum,
Miror. Macte dio bono hoc LEVANTE.
Maiori merito bonis auitis,
Claris ſtemmatibus, Ligur reliquit
Quæ tam multa tibi; tuum hoc nitens præ
Cunctis aſtra ſuper bonum leuat te.

DE

DE DON MELCHOR DE CORDOVA, hijo del Marques de Valençuela, Cauallero de la orden de Calatraua, a ſu amigo el Autor.

*Nunquid noſti ordinem Cœli, & pones rationem eius in terra?* Iob 38. *Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet.* Virg.

# SONETO.

BIen pagado dexò ſu atreuimiento
Con caer derribado de ſu eſphera,
Aquel, que dando al Sol alas de cera,
Medir con ellas quiſo el firmamento.

No aſsi Balaan fruſtrado vè ſu intento:
Bien, que aunque de Iacob la eſtrella viera,
Como ſolo en el ayre reuerbera;
Para explorarle, ſolo mide el viento.

Quanto (don Pedro) con mejor fortuna
Vos el cielo aſaltays; ſi en vn luzido
Ieſus los aſtros veys de ſu emiſpherio?

Copioſos Dios debaxo de la Luna:
Vos con ellos marcays. Aſsi partido
Con Ceſar tiene Iupiter ſu Imperio.

De

# DE DON IVAN VICENcio Viualdo, Cauallero de la Orden de Santiago, a ſu ſobrino el Autor.

## DEZIMA.

CVente al Sol las trenças bellas,
O don Pedro, vueſtra Aurora,
Pues cuenta tan niña aora
Los rayos a las eſtrellas.
Balaan pudo vn tiempo vellas
En ſombras de prophecia:
Y vos, de la Compañia
Tan ſin ſombra las hazeys,
Que pueden dezir, que veys
Eſtrellas a medio dia.

De

# DE VN AMIGO AL Autor.

## SONETO.

TAnta luz, tãto rayo luminoſo (trella,
Brillan en vueſtra pluma, y vueſtra eſ-
Que o le creceis el reſplandor con ella,
O reuerbera en vos ſu honor viſtoſo:

El oficio vſurpais al mas fogoſo
De los Planetas, pues cõ luz tan bella
Retocais de aſtro lo que fue centella, (ſo.
Que haze embidia al luzero mas hermo-

Digno es de vueſtra pluma aſſũto tãto,
Pues toma generoſa el primer buelo
Con eſtrella feliz; acierto raro.

Ya dexa deſarmado eſcollo quanto
Al interprete ſacro dio rezelo,
Deſcubriendo a ſus rumbos Norte claro.

# DE VN AMIGO AL Autor.

## SONETO.

TAnto engrandece vueſtro lucimiento
Del miſtico Iacob la Compañia,
Que deſta miſterioſa prophecia
Le ofrece repetido el cumplimiento.

Pues del aſſunto, en tan lozido intento,
(En cuya prueua tanta gallardia
De ingenio, excede aun propria valentia)
Aſtro renace a nueuo firmamento.

Mas que eſtrella, ſino Fenix del Cielo,
Como vos de la tierra, a cuya gloria
Del diſcurſo primero, la luz bella

Conſagra liberal vueſtro deſvelo
En caracteres de inmortal memoria
De otros preſago, con tan buena eſtrella.

VENE.

# VENERANDIS

# Ieſuadum Parentibus, in comitijs Prouincialibus, in Collegio Granatenſi cōgregatis: obſequioſiſsimus alumnus. D. Petrus Franciſcus Leuànto, & Viualdo.

HÆSITANT *non rarò Scriptores (R.P.) in ſuorum operum Patronis eligendis. Mihi aliter accidit, dum meæ iſtæ elucubratiunculæ, veſtris iuſsibus obſequens (non enim, propriæ ſententiæ contentus tutamine, in lucem profero) ſub prælo gemant, omnium iudicijs expoſitus, non renuo. Ipſæ enim ſuomet pōdere, & innata quadam propenſione, ad veſtræ gratiæ ſinū trahuntur, ſub tantorum virorum alis protegēdæ, confugiūt. Tùm quia in veſtris encomijs verſantur, volutantur laudibus; quám iuſtè: tum quia, in earum plauſu, & approbatione, meo decori & laudi vos ipſi, licét immeritó, proſpexiſ-*

tis; veſtra tamen clementia ſufficit nè vitio immerita laus vertatur. Cùm ergo veſtram ambiat lectio tutelam, ipſius affectum (aliò ipſam dirigendo) interrumpere, minimè viſum eſt. Itaque ad veſtros reuolutus pedes, ſacris veſtræ beneuolentiæ, atque benignitatis aris vota hæc vinctus vincio, appendo gratus. Solita erga me Parentalis affectus clementia, primæuum affectiſsimi alumni partum excipiatis, precor, pientiſsimo foueatis amplexu; nè Zoilorum, vndique forſan inuadentium, territus ictibus, tantorum Mæcenatum tutaminis expers, exanimatus iaceat. Hæc precor fidus, hæc lætus ſpero. Valete.

ORIE-

*ORIETVR STELLA EX IACOB: ET CONSVRGET VIRGA DE ISRAEL.* num.24.verſ.18.

# PRAELOQVVTIO.

PROSPECTABAT quondam filius Beor (Reuerendi admodum Patres) proſpiciebat, inquã, Balaamus ex Phogor montis excelſo vertice, ad quem impius Balac, vt Iſraeli in tentorijs commoráti malediceret, adduxerat; Iſraeliticas tribus, Iſraelitarum cœtus miro ordine peruagantes, ipſorum agmina tot armorum fulgoribus conſpicua, tot militaris ornatus decoribus induta, vt, contra impij Regis conatus, in hæc prorupiſſet verba, hanc, Iacob alloquens, protuliſſet ſententiam. *Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Iſrael.* Quaſi diceret. Oculos eleuaui, Iſrael, te vidi tanta munitum numeroſitate inuictorum milite, validiſsimorum Ducum tutatum præſidio, inſtru-

ctum munimine, bellici ornatus indutũ decore; ocrearum, caſsidum, omniſque armaturæ galeatum armamento, tutamine obarmatum, tali denique pulchrum varietate, pulchritudine variegatum, vt niſi millies tibi benedixerim, nihil optimè geſtum nihil rationi cõſentaneũ impleſſe iudicarim. His itaque allectus Propheta, capitis præſentis laudes de Iſraelis progenie decantat, futurum prophetat Regem, â quo illorũ genus eleuetur, extollatur progenies, cuius geſta Iacob illuſtrent, honoribus magnificent Iſraelem. Ipſum tãquam ſtellam naſciturum, tanquam ſplendeſcẽs ſydus, orbem illuminaturum, ad ſuum dominium redacturũ hoſtes, vrbes poſſeſſurum. His ergo hodierna die allectus incitamentis, & quaſi calcaribus punctus, munus meum nullo pacto exequutum iudicarem, ſi Iacobi & Iſraelis noſtri, Loyolæi, inquam, Ducis validiſsimos milites in Granatenſis huius Collegij tabernaculis commorantes, ex hinc inſpiciens, prout vires ſufficiant, nõ laudem, Ignatium noſtrum alloquens (quem Iacobi & Iſraelis nomine compellare non verebor); non exclamem: *Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Iſrael.* Cum, inquam, Granatenſia inſpicio tabernacula, Illiberitana admiror tentoria (nec impropriè ita vocarim, militum enim habitatio ita nuncupari conſueuit); tot Ducum fortiſsimorum receptacula, tot veteranorum militum inſtructa tutamine, tot ſanctitatis, ac virtutum omnium aſylis cõdecorata, tot ſapientiæ, & litterarum ornata decoribus; votis ſatisfeciſſe haud exiſtimem, ſi quoad fieri poſsit, noſtra, quãuis rudi, Minerua, ad ſydera referre non curarim. Animus tamen in re tanta deficit, recuſat tantam prouinciam mens; magnã enim aſſumit in doctiſsimorũ Patrum cõſpectu dictura. Sed:

*Aude*

*Aude anime* (hortatur Seneca) *tenta, perage mandatum tuum.* *Sene. in Hippolyto.*

*Intrepida conſtent verba.*

Si enim doctiſsimi te audiunt, mitiſsimi te iudicabūt. Timere etiam nefas, vbi tantus (Bœticæ Societatis Præſes) aſsiſtis auditor; & ſi tanto litterarum prēditus ornamento, ſodalitio decoratus, vt hinc acerrimus Iudex exiturus videaris, inde tamē religioſarum virtutum, quibus præfulges, examen, acerrimum (vtpote cui mea dirigitur Oratio) in carpentes inſurrecturum Mœcenatem, mitiſsimum aſtiturum auditorem, conuincit. *Patri Prouinciali.*

*Orietur ſtella ex Iacob: & conſurget virga de Iſrael.*

## COMMENTARIVS.

VT ergo præſentis loci aggrediamur interpretationem, ſupponendum eſt cum doctiſsimo Abulēſi, de populi Iudaici exaltatione, & gloria ad litteram intelligi debere, hancque duplicem eſſe vel per Reges, vel per Meſsiam. Hoc certum. Verum per Dauidem, an per Chriſtum, hoc controuerſum. Pro vtraque parte non contemnendæ extant rationes.

Prima expoſitio ſit Abulenſis, qui de Dauide locum iſtum exponit: vel propter ſydus, quod illuceſcere viſum eſt, quando Regnum ita exaltauit, vt Hebræi, imò & Catholicorum aliqui conſtanter aſſeuerant, vt refert Lorinus; vel iam propter celſitudinem, quia ſicut *Abulenſ. ſuper hūc locū.* *Lorin. ſuper hunc locum.*

ſydera nullus tãgere, nullus hoſtium ipſum valeret attingere; vel propter illuſtrationem, quod Iudæorum Regnum maximopere illuſtrarit. Virgam etiam non ineptè vocant, cùm ipſa à percutiendo dicta, ipſe verò tot hoſtes percuſſerit, de quo inferius: *& percutiet Duces Moab.* Virga etiam propter regale ſceptrum, ipſe enim fœlix Iſraelitici regni auſpicium, primus ex Iuda regali trabea decoratus conſurrexit.

*Abulēſ Hugo, Dionyſ. Carth. Nicol. Lyr. Caiet. in Matthæ. Cornel. à lapide.*

Secunda expoſitio ſit eiuſdem Abulenſis, Hugonis Cardinalis, Dionyſij Carthuſiani, Nicolai Lyrani, Caietani, Cornelij, & aliorum, qui de Chriſto dictum putant, quem tum ſtellam, tum virgam nuncupari apertè conuincunt. *Dicitur ſtella, quia ſicut illa habet ſex radios* (inquit Hugo Cardinalis), *quibus illuminat noctem, & Chriſtus habet ſex virtutes, quibus illuminat omnem hominē. Prima eſt humilitas, ſecunda eſt manſuetudo; Matthæi 11. diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Tertia eſt obedientia; Philip. 2. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem. Quarta eſt patientia, Iſaiæ 13. ſemper tacui, patiens fui, vt parturiens loquar. Quinta eſt miſericordia, de qua Iob 31. ab infantia creuit mecum miſeratio. Sexta eſt Charitas, de qua Ioannis 4. in hoc apparuit Charitas Dei in nobis, quoniam vnigenitum filium ſuum miſit Deus in mundum, vt viuamus per eum.* Hæc Cardinalis Hugo. Antiquiſsimi tamen Hebræi Philonis verba in præſentiarum non omittam, quæ pro re noſtra validiſſima ſunt. *Eſt ſuper cœleſtis ſtella* (inquit Philo de Dei Verbo, & imagine) *fons ſtellarum omnium ſenſibilium, quam non temerè appellare poſſemus vniuerſalem lucem, à qua Sol, Luna, cæteræque ſtellæ tam fixæ, quàm erraticæ hauriunt ſingula pro viribus conuenientes ſibi ſplendores.*

*Philo Iudæ' lib. 1. de mūdi opificio.*

*Gregor. M.*

Mitto nunc Magnum Gregorium, Chryſoſtomum, Bedam,

Bedam, Rupertum, Aquinatem, Haimonem, Chryſologum, Guerricum, & alios; hi enim omnes pro præſentis veritatis confirmatione varia ediſſerunt; ſed quid iſta omnia conferunt? nonne de veritate iſta ipſa veritas teſtatur Apocalypſis 22. num. 16.? *Ego ſum radix & genus Dauid, ſtella ſplendida & matutina.*

Quod etiam Chriſtus ſit virga, perſpicuum eſt; *tum quia flagellat non credentes* (ait Hugo Cardinalis) *Hierem. 1. n. 11. virgam vigilantem ego video, & Pſal. 2. reges eos in virga ferrea.* Tum propter regiam dignitatem, & regale ſceptrum, quod virga in ſacris litteris nuncupatur; Pſal. 44. n. 7. *virga directionis virga regni tui.* Tum etiam quia per Moſis virgam, Chriſtum intelligũt Bernardus, & Cyrillus. Stet ergo aptiſsimè de Meſsia præſentem locum exponi.

Tertia expoſitio ſit Diui Auguſtini, Chryſoſtomi, Irænei, Leonis, Maximi, Theophilacti, Euthimij, & aliorum, qui primam loci partem: *orietur*, ſcilicet, *ſtella ex Iacob*, de ſydere, quod Magis apparuit interpretantur. Nec tamen ign[illegible]ro Ligurem noſtrum, Ligurũque ornamentum, & gloriam, eruditiſsimum, inquam, Marcum Vigerium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalẽ, Epiſcopum Senogallienſem, ſtellam eſſe, quæ Magis apparuit, negaſſe; ſed tanti Doctoris ſententiam veneror, non ſequor, cum enim tot Sanctorum Patrum in contrarium extent teſtimonia, Vigerij placitum, & ſi validiſsimis innixum rationibus, non viget.

Quarta expoſitio ſit Bernardi, Bonauenturę, Hugonis Cardinalis, & Dionyſij Carthuſiani, quorum primi de Beata Virgine integrum exponunt locum; poſteriores vero illa duntaxat: *conſurget virga de Iſrael.* Quod autem Maria ſit ſtella, omiſsis Eccleſiæ hymnis, ita

*mor. 29. c. 30. Chryſoſ. homil. 1. in c. 2 Matth. Beda, Rupert. & Haimo adducti à Cornelio, D. Thom. in in prolog. epiſt ad Hebr. Chryſol. ſer. 106. de Epipha. & Magis. Guerr. ſer. 2 de Epiph. f. 78. 79. 80. Hug. Card. Bernard. homil. 2. ſuper* miſſus eſt. *Cyril lib. de Incar. c. 14. D. Auguſt. lib. queſtionũ veteris, & nou. teſt. q. 63. Chryſoſt. tom. 2. ſerm. de natiu. Ioa. Baptiſt. cæteri apud Lorinũ*

eam compellantibus, probet mellifluus Bernardus, cuius verba in re noſtra prætermittere, nefas iudicarem. *Loquamur*(inquit)*pauca,& ſuper hoc nomine, quod interpretatum, maris ſtella dicitur, & matri Virgini valde conuenienter aptatur. Ipſa namque aptiſſimè ſyderi comparatur, quia ſicut ſine ſui corruptione ſydus ſuum emittit radium, ſic abſque ſui læſione Virgo parturit filium. Nec ſyderi radius ſuã minuit claritatem, nec Virgini filius ſuam integritatem. Ipſa eſt igitur nobilis illa ſtella ex Iacob orta, cuius radius vniuerſum orbem illuminat, cuius ſplendor & præfulget in ſupernis, & inferos penetrat, terras etiam perluſtrans, & calefaciens magis mentes, quàm corpora, fouet virtutes, excoquit vitia. Ipſa, inquam, eſt præclara, & eximia ſtella ſuper hoc mare magnum, & ſpacioſum neceſſario ſubleuata, micans meritis, illuſtrans exemplis.* O verè aureà, quæ pretioſa, quæ dulcia, liquidiſsimam voluptatem ſtillantia verba. Rem totã confecit Mellifluus, probauit Mariæ deuotiſsimus Bernardus. Exornet alius, & illuſtret, quem (ętate licet tenerrimum exceperit mors) Bernardi veſtigijs inſiſtentem, quamplures, & ſi deuotiſsimos, in tantæ Matris affectu ſuperaſſe, haud difficile, ipſius vitæ geſtis perluſtratis, credendum eſt. Iſte ergo ſit, adoleſcẽs ille Belga, Ieſu Societatis chariſsimus alumnus, Ioannes Berchmannus. Nê quęſo miremini auditores, quis enim melius de ſydere atteſtari poterit, quã ſtella? Quis melius teſtimonium de Matre perhibere, quàm filius? Stella Berchmannus, & Mariæ dilectiſsimus filius. Vtrumque Sapientiſsimus Sacrarum litterarum interpres Pater Cornelius à Lapide in eius vitæ teſtimonio aſſeuerat: *Sanè*(inquit)*in Collegio Romano, vti ſtella in Cœlo emicuit.* Et paulo poſt. *Eximius fuit cultor Beatæ Virginis, cuius ſe filium vocabat.* Loquatur ergo Ioannes, teſti-

*Marc. Vigerius in Decachordo Chriſtiano, chorda. 4. c. 3.*
*Bern. ho. 2. ſuper* miſſus eſt. *Bonau. tom. 2. opuſculorũ in ſpeculo B. Mariæ.*
*Hug. Card. ſuper numeros.*
*Dionyſ. Carthuſ. ſuper numeros.*
*Bernard. vbi ſupra.*

*P. Cornel. à lapide in teſtimonio de Ioan. Berchma. in eius vita f. 219. part. 4.*

teſtimonium de Matre perhibeat. *Primo* (inquit in codiculo ſpiritualium rerum, quem ad ſuivtilitatem conſcripſerat, vt in eius vita refert Pater Hermannus Hugo) *adora Mariam, quæ interpretatur ſtella maris, nam, polare veluti ſydus, periculoſam vitæ huius nauigationem, ſi attentè inſpicias, dirigit ad æternæ vitæ portum. Illuminatrix, nam virtutum ſuarum exemplo, Solis inſtar, ad benè operandum prælucet.*

P. Hermannus Hugo in eius vita, p. 4. fol. 279.

An autem, & quare Beata Virgo virga ſit, & nuncupetur, Bernardus etiam ediſſerit. *Quid*(inquit)*rogo virga Aaron florida, nec humectata, niſi ipſam concipientem, quamuis virum non cognoſcentem? Huius magni miraculi maius myſterium Iſaias ediſſerit, dicens: egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, virgam Virginem, florem Virginis partum intelligens.* Et poſt pauca *In hoc tamen*(inquit) *Iſaiæ teſtimonio, florem filium, virgam intellige matrem; quoniam & virga floruit abſque germine, & Virgo concepit nō ex homine; nec virgæ virorem floris læſit emiſſio, nec Virginis pudorem ſacri partus editio.* Si ergo & ſtella, & virga; & aliunde ex Iacob orta, ex Iſrael propagata, meritò iure præſentis loci ſortitur interpretationem.

Diuus Bernard. hom. 2. ſuper miſſus eſt.

Idem, ibidē.

Hac ergo quadruplici expoſitione pręmiſſa, quam vt tantorum Patrum calculo inſignitam veneror. Non erit abs re præſentis loci litteralē ſenſum viterius extendere, & ad rem noſtram in præſentiarum deducere, quod minimè aſſequutum iudicabo, niſi de præclariſsimo quodam ſydere, ſtellarum varietate, magnitudine, atque ſplendore intermicante, in firmamento Eccleſiæ clariſsimos, ac ſaluberrimos lucis radios emittente, exponam. De præclariſsimo, inquam Religioſæ familiæ Societatis Ieſu ortu, quam, ad modum ſyderis, naſcituram; omnemque terrarum orbem, ad inſtar

præ-

præfulgentis ſyderis (imo relucentis Solis) illuminatu-ram, prophetaſſe Balaam, nec dubito, neque vllũ, præ-miſſis rationibus, quas inferius adducam, dubitaturum crediderim.

Age verò, probetur interpretatio, nè ſolis verbis ſtare videatur. Primum ergo, quod probandum ſe ſe offert, eſt, quod familiæ iſtius Religioſæ viris ſtellæ no-men, & ſtellas eſſe competat. Sed, vt in offenſo pede iter iſtud proſequi poſsimus, lapillum initio latitãtem, foras, nè offendat, iaciamus. Sit ergo difficultas. De v-na tantum ſtella agit præſens locus, quam naſcituram prophetat, quomodo igitur ſi vna, pluribus ſpeciatim viris, ex quibus totum iſtud coaleſcit, conueniet? Nam ſi ſtellas naſcituras aſſereret, plures viros, tanquam ſtellas egreſſos, loci interpretationem ſortitos, non mi raret. Sed præſentem difficultatem Hebræa lectio om-nino abſoluit; legit enim, *ſeder*, quod Rabbi Ionas ex-ponit *ordinem ſtellarum* (vt refert Lorinus) & vt ipſe ait, *quemdam importat ſtellarum cœtum, cœleſteuè ſignum ex ſtellis coaleſcens, quod Græci Aſtron vocant*. Quod quidẽ nullum dubitationi deſinit locum, cum loco ſtellæ iſ-tud ſit, quod noſtris idem ſonat, ac: *ha de ſalir a luz, y ha de nacer (no vna eſtrella, conformandonos con la Vulgata) ſi-no vna orden de eſtrellas, una Religion de eſtrellas*, vel po-tius militia ſtellarum (ordo enim militiæ verbũ) quod quidem qualiter Societati competat, haud dubiũ eſt, & poſtea illuſtrabimus.

*Lori. in præſentem locũ*

Et vero, quamuis nec Hebræa lectio faueret, mini-mè in difficultatis ſolutione deſudandum foret. Nam quamuis plures viri, & plures ſtellæ, ſed talis cordium, animarumque vnio ipſis inexiſtit, vt ſtellam vnam cõ-pellare, diſſonum non ſit. Quod, quaſi difficultati pro-

poſitæ

poſitæ reſpondens Diuus Guerricus Abbas, præſentia verba, in totius dubij reſolutionem, Societatisque iſtius virorum commendationem, profert. *Lucent namque* (inquit) *& nobis ſtellæ, non vna, ſed multæ, niſi quia multa vna, quibus ſcilicet cor vnum eſt, & anima vna, fides eadẽ, prædicatio conſona, ſimilisque vita. Quæ ſint hæ ſtellæ, ſi dubitas, Danielem interroga; qui ad iuſtitiam* (inquit) *erudiũt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.* Quid clarius? Si enim tanta vnione ſtellæ iſtæ gaudent, quid mirum, quod illas ſub vnica ſtella prophetet locus, & quidem (vt reor) non abſque diuino numine; ſic enim ipſam eamdem vnionem, charitatem, & pacẽ prædicit. Quibus & dubium ſolui, & ſtellas eſſe hos viros, probaui. D. Guerric. Abb. ſerm. 2 de Epipha. fol. mihi 78

Verumtamen, nè his contenti ſimus, ſacra pagina luculenter hoc ipſum aſſerit. Iob enim cap. 9. dicitur: *Qui præcipit Soli, & nõ oritur, & ſtellas claudit, quaſi ſub ſignaculo.* Quæ enim ſtellæ iſtæ, quas Deus ipſe claudit, niſi viri ſancti, & Apoſtolici (vt inquit venerabilis Beda) *qui ſunt glorioſi, ſplendentes veluti meridies, calore charitatis Dei accenſi, & fidei lumine illuſtrati.* Quales Ieſu Societatis viros appellare, non verebor, quippe qui Apoſtolicis addicti functionibus, Apoſtolorum veſtigijs inſiſtentes, toti terrarũ orbi præluceant. Quibus Chryſoſtomi verba, quæ de Apoſtolis ediſſerit, acommodare lubet (Apoſtolorum enim nomine Luſitania compellat, Apoſtolos, & nomine, & re tenet reliquus orbis). *Quæ* (inquit) *tales ſtellæ ſicut Apoſtoli? Stellæ in Cœlo, Apoſtoli ſuper Cœlos; ſtellæ de igne inſenſibili, Apoſtoli vero de igne intelligibili: ſtellæ noctu lucent, in die obſcurãtur; Apoſtoli in die, & in nocte ſuis radijs, hoc eſt virtutibus, effulgent; ſtellæ, orto Sole, obſcurantur, Apoſtoli, Sole iuſtitiæ reſplendentẽ, ſua claritate luceſcunt.* Sed rem claudat Iob 9. ver. 7 Beda ad c. 9. Iob. Horat. Turſel. in S. Xauerij vita, c. 12. D. Chryſoſt. to. 3. ſerm. de Pentecoſte, col. mihi 873.

D. Gregor. Mag. to. 1. lib. 9. Mor. c. 3. in 9. c. Iob.

Diuus Gregorius Magnus, qui ad pręcitatum locum Iob, cùm de Apoſtolicis viris, & Prædicatoribus dixiſſet, ſubdit: *Qui ſtellarũ quoque claritate figurãtur, quia dũ recta peccatoribus prædicant, tenebras noſtræ noctis illuſtrãt, vnde, & ſubtractis Prædicatoribus, per Prophetam dicitur: prohibitæ ſunt ſtellæ pluuiarum.*

Lucr. apud Textorem.

Stellas eſſe Apoſtolicos Societatis Ieſu viros probatum manet; rationes, & cauſas inquiramus. Prima ſit. Stellæ fulgent, micant. Lucretius.

*Autumnoque magis ſtellis fulgentibus alta.*

Ouidius.

Ouid. apud ipſum. Metha. 7.

*Poſtera pepulerat ſtellas Aurora micantes.*

Venerab. Beda ad c. 9. Iob.

Clemens Alexandrin. lib. 5. ſtromatum.

Micant viri iſti, lucent. Ideò eos venerabilis Beda cũ candelabro, & ſeptem lucernis comparat, ad ea verba Iob: *& interiora Auſtri. Vbi* (inquit) *candelabrum cum lucernis, ſeptiformis ſpiritus gratia, videlicet, & intelligentia relucentibus, collocatur.* Quo circa Alexandrini Clementis placitum non omittendum. *Iam vero* (inquit) *candelabrum quoque erat ſitum in Auſtralibus partibus thuribuli, per quod declarati ſunt motus ſeptem luminarium, quæ Auſtrales faciunt conuerſiones,* Quæ ergo Auſtrales iſtę conuerſiones, niſi quas in Auſtralibus partibus exequuntur Societatis viri, Apoſtolicæ ſedis hoſtes ad verum Deum reducentes? Hocque quomodo exequuntur, niſi prædicatione? virtutum exemplis? *Qui* (vt inquit Abbas Guerricus) *lucent verbo, lucent exemplo, & vtroque lucis radio ortum æternæ lucis annuntiant, dum Cœleſtem, quem voce prædicant, etiam Cœleſtis vitæ ſimilitudine commendant.*

D. Guerric. ſerm. 2. de Epipha. fol. mihi 78.

Statius Papinius. 1. Thibaid.

Secunda. Igneæ ſunt ſtellæ. Statius.

*Ignea multiuago traſmittis ſydera lapſu.*

Idem ſentiunt Poetę reliqui, ſenſere priſci Ægyptij, autu-

autumant Stoici, aſſerunt Balbus apud Ciceronem, Pli-
nius, Seneca, & quod caput eſt, Diuus Auguſtinus etiã
aſſeuerat. Erit nè à veritate alienum, Societatis viros
igneos nuncupare? Tum, quia ab Ignatio in Chriſto ge
neratos; ignis enim, quid, niſi ignes, generat? Tum etiã,
quia (vt ſupra venerabilis Beda) *calore charitatis Dei ac-
cenſos* experimur.

*Hi omnes apud Cornel. ad c. 43. Eccleſiaſtici.*

Tertia. Radijs ſunt prædita. Ouidius.

*Ouid. lib. 9. Methamor.*

*Quadriiugo curru radiantibus intulit aſtris.*

Mantuanus.

*Mantuanus apud Text. in Epith.*

*Vt ſuper octaui radiantia ſydera cœli.*

Radiant Societatis viri, mũdum virtutibus colluſtrãt.
Si enim, ſtellam eſſe Chriſtum aſſeruit ſupra Cardina-
lis Hugo, *quia ſicut illa habet ſex radios, quibus illuminat noc-
tem, & Chriſtus habet ſex virtutes, quibus illuminat omnem ho-
minem.* Animi ſcilicet demiſsionem, manſuetudinem,
obedientiam, patientiam, miſericordiam, & charita-
tem, quos in Eccleſiæ firmamento, plus virtutum harũ
radijs ſplendẽtes videmus? In quibus has virtutes ma-
gis eminere conſpicimus? Quos humiliores, ac man-
ſuetiores? Quos obedentiores, patientiores, ac miſeri-
cordiores experimur? Quibus denique feruentiorem
ineſſe charitatem, qua præſertim tantum Societatis
viri prælucent, vt ſtellarum nomen, & gloriam obſcu-
ret, atque altius illos extollat? Si enim, Diuus Chryſoſ-
tomus omnino ſtellam eſſe, quæ Magis apparuit, non
credit, ſed aliquid ſublimius. *Quod enim* (inquit) *non vul-
garis ſtella hæc fuerit, imo (vt ego arbitror) nec ſtella omnino, ſed
quædam inuiſibilis virtus in ſpeciem ſyderis transfigurata.* Ra-
tiones autem, quæ tantum Doctorem ad eiuſmodi opi
nationem mouere, hæ duæ, inter alias, exiſtunt. Prima.
*Neque enim* (inquit) *proprium quemdam curſum tenebat, ſed*

*Hug. Cardi. in præſentẽ locum.*

*D. Chryſoſto. 2. hom. 6. in c. 2. Matthæi. fol. mihi 59.*

*Ibidem col. mihi 60.*



*cum*

Ibidem col. mihi 60.

*cum eos oportebat pergere, etiam ipſa pergebat; cum veró ſtandum eßet, ſtabat, pro neceſsitate ac commoditate eorum omnia moderans. Secunda. Ab ipſa monſtrationis modo facile iſtud, lucidèque perſpicitur; non enim in excelſo conſtituta cœli, eum, qui inquirebatur à Magis oſtendit locum, neque enim, ſic diſcere illi vnquam potuiſſent, ſed deſcendens, & inferiorem aeris partem tenens, iſtud effecit.* Ac ſi diceret. Lo que me mueue a creer, que no ſea eſta luz totalmente eſtrella, ſino coſa mas ſublime, y de mayores quilates, es, lo vno, ver vna luz tan grande ſin proprio mouimiento, ver vna luz tã ſuperior, tan agena de ſus comodidades, que no cuyde de otra coſa, que de mirar por la de aquellos, a quiẽ guia, deſuerte, que ſi los que alumbra, ſe detienẽ, ſe detenga, ſi apreſuran los paſſos, haga lo miſmo. Eſtrella tan caritatiua, que atropellando con intereſſes proprios, no atiende mas que a los agenos, mas es que eſtrella, ſuperior virtud ha de ſer transfigurada en eſtrella. Aliud, quod me mouet (dize el ſanto) es ver vna eſtrella, que oluidada de ſu natural eſphera, qual es eſſe precioſo firmamento, ſe dexe lleuar en tãto grado de la caridad, que para moſtrarles a los hombres lo q̃ inquirian, ſe baxe a eſſa inferior parte del ayre; luz que atropella ſus grandezas para poder moſtrar a los hombres, ſin deſcomodidad ſuya, lo que buſcan, coſa ſuperior es, mas es que eſtrella. Perſpicite ergo Societatis viros, animaduertite ergo illuſtrius quidpiam eſſe quàm ſtellas, ſtellæ nomen, & gloriam ipſis per charitatis radium obſcurari. Duæ enim, quæ Chryſoſtomũ mouere, me mouent rationes. Quæ enim in Eccleſia ſtellæ, quibus maiori iure iſta omnia competant; ipſi quidem propriorum commodorum obliti, nil aliud in animarum, quas vt ſtellæ illuminant, conuerſione attẽdunt,

dunt, quàm ipſarum virtutes, ipſarum ſpiritualia delectamenta, tali autem pacto, vt ſi (ad hæc aſſequenda) perſiſtant, ſtent ipſi; ſi pergant, progrediantur ipſi, quaſi nullum aliud præ manibus negotium factitâtes. Sed, verba in hac re abſumere, nec vacat, nec lubet, hoc enim quotidie experimur, & Societatis ſcripta, de ipſius Apoſtolicis viris teſtantur. Sed præſertim ad rem noſtram illud facit, quod in Sancti Xauerij vita, ſplendidiſſimi Societatis ſyderis, & quem Societatis Apoſtolici ipſi viri, catagraphũ ſequuntur, inuenitur. Ipſum enim multoties, propter animæ tantummodo reductionẽ, quam præ manibus habebat, haud breue temporis ſpatium alicubi conſumpſiſſe, legimus. Multoties, ob eiuſdem animæ conuerſionem, quam auidiſsimè meditabatur, nauim conſcendiſſe, triduique iter feciſſe ad ipſam illuminandam, nullo alio præhabito fine, reperimus. Videte ergo ſi *proprium quemdam curſum tenebat? ſed cum eos oportebat pergere, etiam ipſa pergebat, cum verò ſtandum eſſet, ſtabat, pro neceſsitate ac commoditate eorum omnia moderans.* Xauerius etiam ſecundæ rationis exemplar præbeat, *qui non in excelſo conſtitutus Cœli,* patrij, inquam Cœli & ſoli retenta dignitate, verum Deum Gentilibus demonſtrauit, *ſed deſcendens, & inferiorem aeris partẽ tenẽs, iſtud effecit.* Relictis, inquam, paternis mũdi glorijs, ad minimam, quã Ignatius meditabatur, Societatem, admiſſus, ad infimos deſcẽdens Antipodas, verũ Deũ, eiusque mandata, & leges oſtendit.

*Petr. de Guzman in eius vita, c. 14.*

*D. Chryſoſt. vbi ſupra.*

*D. Chryſoſt. vbi ſupra.*

Quarta ratio, propter quam ſtellæ Societatis viri dicantur, ſit, quod pacificas, miraque pacis eſſe ſymbola, noſcamus. Quod eloquentiſsimus Ludouicus Legionenſis luculẽter pertractat, cuius verba, Hiſpana licet, non omittam. *Que otra coſa es* (dize) *ſino paz, o ciertamen*

te

P. Fr. Ludouic. Legion. in nominib⁹ Christi, fol. 127. in nomine Principe de Paz.

te vna imagen perfeta de paz, eſto que aora vemos en el Cielo, y que con tanto deleyte ſe nos viene a los ojos? Que ſi la paz es (como ſan Auguſtin breue y verdaderamente concluye) vna orden ſoſegada, o vn tener ſoſiego y firmeza en lo que pide el buen ordẽ, eſſo miſmo es lo que nos deſcubre aora eſta imagen. Adonde el exercito de las eſtrellas pueſto como en ordenança, y como concertado por ſus hileras, luce hermoſiſſimo, y adonde cada vna dellas inuiolablemente guarda ſu pueſto; adonde no vſurpa ninguna el lugar de ſu vezina, ni la turba en ſu oficio, ni menos, oluidada del ſuyo, rompe jamas la ley eterna y ſanta, que le puſo la prouidencia, antes, como hermanadas todas, y como mirandoſe entre ſi, y comunicando ſus luces las mayores con las menores, ſe hazen mueſtra de amor, y como en cierta manera ſe reuerencian vnas a otras, y todas juntas templan a vezes ſus rayos, y ſus virtudes, reduciendolas a vna pacifica vnidad de virtud, de partes, y aſpectos diferentes compueſta, vniuerſal y poderoſa ſobre toda manera.* Hucuſque eloquentiſsimus Pater, quod qualiter Societati competat, expoſitione non indiget, cum non tantum res apertæ ſint, ſed nominibus etiã *ordinis, militiæ, & exercitus*, quæ de ſtellis prædicat, omnibus Societas nuncupetur.

D. Gregor. Mag. tom. 1. lib. 27. Moral. fol. mihi 157.

Hęc omnia ſtellas eſſe Societatis viros, & cur, indagauere. Sed, quia Magnus Gregorius duplex ſtellarum genus diſtinguit, *aliæ* (inquit) *ſtellæ prodeunt, quas nullæ pluuiæ ſubſequuntur; aliæ prodeunt, quæ arentem terram magnis imbribus infundunt*; ex quibus Societatis viros exiſtere, indagemus. Quod dubium idem, qui mouit Gregorius, luculenter abſoluit. *Cum verò* (inquit) *in Eccleſia quidam, & rectè viuunt, & alijs eamdem rectitudinem verbis prædicationis influunt, quaſi ad proferendas pluuias in cœlum ſtellæ producuntur, quæ ſic vitæ ſuæ meritis luceant, vt etiam ſermone prædicationis pluant.*

His

His autem expenſis, non erit alienum, locũ Eccleſiaſtici 43. expendere, quem pro re noſtra aptiſsimum eſſe, perſpicuum eſt. *Vas caſtrorum in excelſis, in firmamento cœli reſplendens glorioſè. ſpecies cœli gloria ſtellarum, mundum illuminans in excelſis Dominus, in verbis ſancti ſtabunt ad iudicium, & non deficient in vigilijs ſuis.* Vas caſtrorum Luna eſt. Luna es tambien la Compañia de Ieſus, quia ipſa vas caſtrorum eſt; ſi enim Eccleſia vas caſtrorum, quia in ipſa (vt inquit Rabanus) *animalium fidelium conſiſtit turba, quæ in firmamento veritatis, & diuinæ prædicationis per totum orbem glorioſa reſplendet*; quid aliud Societas, quàm vas eiuſmodi Prędicatorum agminibus repletum? Sin tamen cum Plutharco dixeris. *Ego iſtos, qui in Luna incolunt, multo magis mirari exiſtimo, cum terram intuẽtur, tanquam fœcem, & cœnum vniuerſi per tot humores, nubes, nebulasque apparentem.* Ignatium, & Xauerium opponã, quos (vt eorum hiſtoria refert) Cœlorum aſpectu ita mirificê delectatos legimus, vt terra ipſis, quam *tanquam fœcem, & cœnum vniuerſi mirabantur*, ſorderet, ita vt ſententia hæc Ignatio frequenter de more eſſet: *heu quám ſordet mihi terra, dum cœlum aſpicio.*

*Eccleſ. 43. n. 10. & 11.*

*Raban. apud Corneliũ ad præſentẽ locũ Eccleſiaſtici.*

*Pluthar. tractatu de facie in orbe lunæ.*

*Lorin. in Pſ. 8.*

*Pluthar. vbi ſupra.*

*Species cœli gloria ſtellarum, mundum illuminans in excelſis Dominus.* Vel, vt vertit Tygurina: *decus Cœli gloria aſtrorum, ornatusque illuſtris in regione celſa Domini.* Quid enim iucundius, quàm *ſpectare in media nocte, Cœlum ſtellarum variatate, quaſi floribus quibuſdam variegatum, & ornatũ?* Quid mirabilius? exulet Horatius dicens:

*D. Chryſ. to. 1. hom. 6. colu. mihi 57.*

*Hunc Solem, & ſtellas, & decedentia certis*
*Tempora momentis, ſunt qui, formidine nulla*
*Imbuti, ſpectent.*

*Horat. epiſt. 6. ad Numicium.*

Audiatur Lactancius Firmianus, Horatij placitum Philoſophorum calculis obliterãs. *Aiunt* (inquit) *Philoſophi,*

*Lactan. lib. 6. c. 20.*

*multo*

*multo eſſe præclarius, & homine dignius, Cœlum potius, quàm cœlata intueri & hoc pulcherrimum opus, intermicantibus aſtrorum luminibus, tanquam floribus adornatum, quàm picta, & ficta, & gemmis diſtincta mirari.* Quid pulchrius? *Nihil enim ita ornat* (verba ſunt veſtri Cornelij) *totam cœlorum machinam, ac pulchritudo firmamenti, vtpotè quod tot quaſi gemmis, pyropis, & adamantibus, quot aſtris, & ſtellis reſplendet, indeque dictum eſt cœlum, quaſi ſyderibus cœlatum. Imo quot aſtra, tot tedæ, tot lampades, tot igneæ faces in cœlo collucent, totique mundo prælucent. Adde ſtellarum ordinem, motum, & influxum, varietatem, conſtantiam. Sane videtur ſtellarũ, quaſi militum Dei, acies ordinata repræſentare exercitum ordinatiſſimum, vnde & Deus Sabaoth, id eſt, exercituũ, Angelicorum, ſcilicet, & ſydereorum nuncupatur.* Hucuſque grauiſsimus Interpres; ex quibus verbis vltima ſaltem perpendatis precor. Parece (dize) eſſa multitud de eſtrellas vn eſquadron lucidiſsimo de los ſoldados de Dios, y eſtà repreſentando vn valeroſo exercito, y biẽ ordenado. Que execito ha de ſer eſte de eſtrellas tan bien ordenado, y por quien ſe denomine Dios, Dios de exercitos de eſtrellas? Niſi eorum militiam, quos hucuſque ſtellas eſſe probauimus; de quibus, quod in vigilijs ſuis non deficiant, & in verbis ſancti permaneant, nec longa, ad hoc probandum, egemus indagatione.

*Cornelius in præcitatum locum Eccleſiaſtici.*

Sed iam ſecundæ loci partis interpretationem aggrediamur.

*Et conſurget virga de Iſrael.*

PRæſentem loci partem breuius exponemus, non enim per temporis anguſtias immorari licet, ſi autem,

tem liceret, ſequentia omnia de Societate, faciliſſimo negotio me expoſiturum, non dubito. Vt ergo hæc loci pars Societati accommodari valeat, virgam eſſe quadret, opus eſt, cuius ſignificata, & Hyeroglifica, tã in ſacris, quàm prophanis litteris ipſi cõpetere, liquidum fiet.

In primis igitur, *virga, tum diſciplinam, tum eloquentiæ vim indicat*, vt ait Pierius Valerianus; Andreas Alciatus: *Pier. Valer. lib. 15. fo. mihi 156.* *Andr. Alciat. emble. 118.*

*Pollentes ſic mente viros, fandique peritos*
*Indicat.*

Videte qualiter hoc Societati cõpetat, ipſa enim omnem diſciplinam, & eloquentiæ vim ſecum traxiſſe à teneris incunabulis videtur, quos enim in litteris progreſſus Societatis viri non fecere? Quæ enim tam infœlix in terrarum orbe plaga, quæ eorum diſciplinam non obtinuerit? Quæ tam inops, quæ eorum eloquentiæ particeps nõ fuerit? Sed, nè in re clariſsima immoremur, non hinc longinquè abſunt, qui rem noſtram, tacitè licet, probent, & manifeſtent. Verba autem Reuerendi Patris Chriſtophori Giardæ, libri illius, aurei *Apis religioſa* inſcripti, Authoris, miſſa non faciam. *Nã hæc beatiſsima ſodalitas* (inquit) *ab Ignatio conditore centum annis nondum elapſis, tantum operum & ſcripſit, & geſsit, vt, ſi quis librorum ſublimitatem, multitudinem, varietatem, cum rerum geſtarum ſplendore, fructu, magnitudine conſerat, non modo ætatis obſtupeſcat breuitatem, ſed tantæ ſanctimoniæ tanta cum doctrina, vti difficillimam, ſic præclariſsimam connexionẽ, admiretur.* *P. Chriſtophor. Giard. in apis religioſa citatus à P. And. Luca in vita S. Ignat. c. 20.*

Secundô virga fœlicitatis, & pacis ſymbolum eſt (vt ipſe Pierius teſtatur) vt in Mercurij, quam Caduceũ appellant, videre eſt. Quæ autem maior fœlicitas *Pier. Valer. ibidem fol. 157.*


quâm

*Philo Iudæ⁹, lib. de legatione ad Caium, fol. mihi 692.*

quâm pax? De qua, per Caduceum, ita Philo Hebræus, *Sic* (inquit) *& Caduceum ſumit* (Mercurius) *inſigne pacificatoris, & Authoris fœderum; nam bella Caduceatores dirimunt, afferendo pacem, aut inducias. Qui, niſi admittantur, nec modus, nec finis erit calamitatibus.* Quid Societati appoſitius? Societatis enim viri, tanquam diuini Caduceatores, pacis fœlicitatem animabus adducere, nati ſunt, quorum pace, & inducijs nõ admiſsis, nec modus, nec finis animarum calamitatibus erit inueniri.

*D. Chryſoſt. tom. I. hom. in Pſalm. 22 & 116. & homil. in Pſal. 93. colu. mihi 948*

His tamen omiſsis, ad ſacratiora pergamus, ſacræ enim paginæ nos vocant, in quibus per virgam, tum vigor legis, tum legis præcepta, vt vult Chryſoſtomus, demonſtrantur. Qua expoſitione iſtum ſenſum habebit locus: Quando nazca, ſalga a luz, y ſe eſtienda por el orbe eſta orden de eſtrellas, eſta ſoberana milicia, (extendi enim, ſi Abulenſi credimus, verbum *Darach,* quod Hebraicè pro *orietur* ponitur, demonſtrare videtur). Entonces ha de ſalir juntamente a luz, y ha de leuantarſe el vigor de la ley de Chriſto, y ſus preceptos. Lo qual vemos cũplido, in ortu, extenſione, atque propagatione ſacræ huius familiæ.

*Lorinus in Pſalm. 44. verſ. 7.*

Quod ſi, diuinum verbum, eiusque prædicationem, virgam denotare in Scriptura ſacra, tenet Lorinus. *Quis iam expoſitione indiget* (vt cum Origene loquar) *qui videt à finibus terræ vſque ad fines terræ propagatam prædicationem Euangelij, & nullum penè eſſe iam locum, qui non ſemẽ verbi ſuſceperit?* Quod ſi ly *penè* aures veſtras offendat, iudicium percipite, â Sacræ Rotæ auditoribus, de mira Sancti Xauerij ſanctitate, latum; cum enim, ad Euangelij extenſionem, quam validiſsimus iſte Societatis miles operatus eſt, perueniſſet. *Vnde* (inquit) *tunc primum impletum eſt illud Pſalmi; in omnem terram exiuit ſonus eorũ, & in*

*Auditores ſacræ Rotæ in iudicio,*

*& in fines orbis terræ verba eorum.*

Attamen, quamuis hæc omnia pro re noſtra, non tantam vim haberent, in præſentis ſententiæ accommodatione minimè fatigandum nobis foret. Cũ enim per virgam, abſque controuerſia (vt ſupra dedimus) Beata Virgo intelligatur, quid verius, quã quod ex ortũ, atque propagatione ſacræ huius familiæ, Mariam conſurrecturam prophetet Balaamus? quien con mas esforçados brios? quien con mas aliento? quien con mas afecto ha ayudado a leuantar en la Igleſia la honra deſta ſoberana Princeſa en ſu puriſsima Concepcion, que a peſar de los Demonios è infierno ha eſtablecido con ſus eſcritos? Pero que mucho, ſi fue eſſe vno de los mas principales fines, para que truxo Dios al mundo eſta ſoberana milicia, como a vn ſoldado de ella, y muy deuoto ſuyo, lo reuelò eſta Princeſa. Digaſe pues deſta ſagrada Religion: *Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael.*

*quod de ſancti Xauerij ſanctitate Summo Pontifici præſentarunt.*

Sed, vt quam propriſsimè Societati competat præſens locus, videatis. Non ſine myſterio, cœtus præſens, ex totius Societatis Bœticæ congregatus ornamentis, in ipſo facitans conſpicitur. Quod enim Græcè loco ſtellæ ponitur, verbum *aſtron* eſt, quod (vt aduertit Lorinus) *ſimmodeuſim* ſignificat, quod commeare, & conuenire præſefert. Demodo, que non ſolum ortum, & extenſionem, ſed etiam congregationem, & conuentum importat. Ac ſi diceret. Eſta orden de eſtrellas q̃ ha de nacer, ha de conuenir, y congregarſe; quod autẽ de hac congregatione intelligendus ſit, ſecunda loci pars declarat, que dize y eſpecifica a que ſe ha de juntar, que es, a elegir vn Procurador General, qui per virgam demõſtratur; quid enim aliud eſt Procurator iſte, quàm

*Lori. in præſentem locũ.*

quâm nuntius quidam, à ſacra iſta congregatione, ad totius Societatis Ducem miſſus, ſed Caduceatoris, ſeu Nuntij inſigne, virga eſt, quam Caduceum appellant, vt Claudius Minois, & Nebriſſenſis affirmant, ergo de primo ad vltimum bene ſtat, quod per virgam iſtam Societatis Procurator, ſeu Nuntius, intelligendus ſit.

*Claud. Min. in commẽt. ad embl. Alciat. 118. Anton. Nebriſ. verbo* caduceum

Attamen, ſecundis vetorum flatibus hucuſque delatus, pro præſentis loci interpretatione nihil peragaſſe credar, niſi ſtellarum militiã, Societatis, inquã, ſplendidiſsimum ſydus, ortum ex Iacob, rationibus communiã, ex Iſraele eggreſſam virgam iſtam, rationibus corroborem. Ad hoc ergo Ignatium noſtrum, Iacobum, & Iſraelẽ eſſe, probemus, opus eſt. Quod, quæ illi, quę ipſis conueniant indagantes, luculẽter demõſtrabimus.

In hoc autem commorantem temporis anguſtiæ minimè patiuntur. Qua propter, aliquibus communionibus, vtrique cõpetentibus, omiſsis, ſpecialia quędã, & à nullo hucuſque forſitam tacta, attingã. Nec enim in præſenti, ſuperfluo rationum pondere prælectionis finem (quod in ſuperioribus, nec leuiori obſeruatione vitatum, credo) onuſtũ reddere, animus eſt. Qua propter ſupplantatoris, nominis Iacob ſignificatum, taceo, quod Ignatio mirum in modum quadrat; quis enim, maior Dæmonis ſupplantator? Quien (vt proprio Hiſpaniſmo loquar) ha ſido mas dieſtro en armar zancadillas al Demonio? pues con tales trazas, y ardides de guerra como valeroſo Capitan le ha echado los ſuyos tan por tierra, que no le ha permitido alçar mas cabeça. Iſraelis nomen prætereo, id eſt Deum videntis, Ignatium enim, nec diuinæ Triados reuelationis expertem inuenimus. Iacobum omitto certantẽ in fœmore

per-

percuſſum, hinc enim ab Ignatio, pro Pompelonenſis caſtelli tutamine dimicante, ob tibiæ confractionem claudo, non inepte refertur. Hæc inquam libẽs (ni pro breuis horæ anguſtijs coactus) prætermitto. Illud tamen expendam, quod, niſi fallor, non parum pro præſentis loci completa expoſitione rem noſtram iuvabit, quod in Geneſis libro de Iacob legitur. Ipſe enim, ad hoc vt oues, varios, & verſicolores conciperent fœtus, virgas in canalibus bibituris obijciebat. Nec aliter Myſticus noſter Iacob, hominum ſaluti conſulens, mũdum virgis adornauit, quas, vt ipſorum mores in melius abirent, appoſuit. Sed quot, quales, quid Iacob denotant virgæ? Tres, populeas, amygdalinas, & ex platanis refert Scriptura ſacra. Aliud verò quæſitum Galfridus expendit. Qui de harum myſterijs inquit: *Virgæ ex populis, vnde ſuauia conficiuntur vnguenta; miſericordiæ in populis viros commendant. Virgæ ex platanis, quarum ſolida pulchritudo, & læuigata planities ædificijs præſtat gratiam, & decorem, religioſorum hominum irreprehenſibilis eſt ſanctitudo, probabilibus domum Dei ædificans, & illuſtrans exemplis; virgæ ex amygdalis, tertium ordinem Prælatorum ſignificat.* Hęc Galfridus, quę leuiori tantum lineata pennicillo & ſecundę loci partis expoſitionem corroborant, & Ignatij cum Iacob ſimilitudinem, apprimè commendant. Si enim primum virgarum genus ex populis, *miſericordiæ in populis viros commendant?* Leuiſsimo quodam oculorum intuitu Societatis viros luſtretis, precor, è quorum viſceribus ſuauiſsima miſericordiæ vnguenta, quibus proximorum vlcera pervnguant, affluenter dimanare conſpicietis. Si ſecundum, *religioſorum hominum irreprehenſibilem ſanctitudinem, quæ domum Dei ædificiat, & illuſtrat exemplis?* Quid aliud Societas, quàm religioſorum

*Galfrid. in allegorijs, et tropologijs in locos vtriuſque teſtamenti, ſol. mihi 34.*

viro-

virorum irreprehenſibilis ſanctitudo, domum Dei illu ſtrans, Chriſti Eccleſiam varijs virtutum exẽplis ædificans? Ad cuius illuſtrationem non parum facit diui Hieronymi placitum, qui ex Iacob virgis, vnam Mali Granati eſſe aſſeuerat: per quam Collegium hoc Granatenſe intelligo, quod exemplis ædificat, & mouet ſcholaſticorum turbas, vt varios virtutum progreſſus, ad ipſius imitationem, efficiant. Si tertium, Prælatorũ ordinem ſignificat? quid ad rem noſtram appoſitius? Vbi tot, ſanctitate, & litteris, tot, ſapiẽtia, & virtutibus illuſtres in conſpectu habemus; vbi tot Prælatorũ ſanctimoniam clamitant lapides. ſapientiam referre geſtiũt parietes, totam denique domum, vt ipſorum ſanctitatem, & litteras plaudat, velut dehiſcere, pertimeſco. Sed nè modeſtiæ fila abrumpam, & rubore ipſorũ genas ſuffundi efficiam, de hoc ſit ſatis.

*D. Hierony. in ſcholijs 70 legit: tres enim virgas, populeas, & amygdalinas, & Mali Granati.*

Verum enim vero ad virgarum poſitionem reuertamur, videamusque, vbi eas poſuerit Iacob, vt verum in hoc etiam ipſi Ignatius aſsimiletur, indagemus. In canalibus appoſuit Iacob virgas, vt bibituræ oues varios, & verſicolores conciperent fœtus. In canalibus appoſuit Ignatius virgas, vt ad earum exemplar, homines, varios virtutum fœtus producerent. Quid enim, canales denotant, niſi *Scripturarum codices, aut decurſus tranſeuntium populorum*, vt ait Galfridus. Vbi ergo fixit myſticus Iacob virgas, niſi Scripturis ſacris? ibi ita eas applicuit, tali nexuit vnione, vt inde neutiquam ſeparari, ab earum ſtudio nunquam diuerti videantur.

*Galfrid. vbi ſupra.*

Sed ad aliud canalium ſignificatũ pergamus, quod ita myſtici Iacob virgis competit, vt Societati aptaturum me finxiſſe, aliquis forſan crediderit. Vbi enim, fixit Ignatius virgas, *niſi decurſui tranſeuntium populorum*, omnium

*Galfrid. vbi ſupra.*

omnium hominum confluxit; ex ipſis, exemplaribus propoſitis, omnes in ebibendis doctrinis, varias conuiniant virtutes, ſuauiſsimos morum fœtus producant. Puſo Ignacio ſus varas donde acuden todos, puſolas en publico, dõde pudieſſen influyr virtud, y pegar ſantidad a todos. Hoc enim Societatis functiones in iuuãdis proximis mirificè prædicant.

Ex his tandem fiet, Iacob ab Ignatio noſtro aptiſsimè referri; & ſtellas ex Iacob, ex Ignatio ortas, & virgam, aut virgas ex Iſraele eggreſſas, ab Ignatio propagatas, merito iure exiſtimari. Y ſi eſtrellas los de la Cõpañia de Ieſus, y deſcendencia de Ignacio; y varas, y propagacion ſuya, nec ineptè ſed ad rem erit cum Balaamo de Societate declamare: *Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael.*

Vt autem rem totam concludam, & nè prolixiorẽ, quàm parſit, orationem attexam, Reuerendi Patris Chriſtophori Giardæ, nuper citati, verbis, illud efficiã, qui de Societate, hæc, poſt alia, ediſſerit. *Ita enim* (inquit) *latè duobus ſub polis eruditionem, & pietatem circumtulit, vt qui progreſſus illius admirabiles non audiunt, ſed inſpiciũt, non vnius Religioſi Ordinis, ſed omnium planè Societatum, locorum, temporum ætatum, virorum, virtutumque in hac vna complexionem agnoſcant. Nam breui tot Collegijs, tot domibus, tot honorum gradibus, tot diuitijs, tot ſanctiſsimiſque hominibus aucta eſt; vt ad hanc conſtituendam, amplificandamque contendiſſe hominum fauor, & cæli munificentia videantur. Sed Ignatium* (eiusque Societatem) *omittamus; huius enim laudationis difficilior eſt exitus, quàm ingreſſus.*

*P. Chriſtophor. Giard. vbi ſupra.*

Hæc pro præſenti Balaami Prophetia dicta ſint: quæ, & ſi parum verborum ornatibus conueſtita, ſentẽtiarum fulcita pondere, Rhetorices delineata colori-

bus,

bus, politiori ſtylo exarata; attamen tali affectus tutamine expreſſa, vt ipſius præſentia, nimiam peritiæ abſentiam delere ſufficiat. Sed nefas, balbutientis imperitiam, vbi Demoſthenis eloquentia deficeret, accuſare. Vbi tot ſuperſunt laudationis obiecta, imperitior, ſi laudantis defectu excuſari intendam, iudicabor.

# LEGI.